

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Prelacio i cum fonte primo

Sicut senatorem clamis ornat, sicut
agricultura rusticum, sicut barbarum
arma, sicut nautam nauigationis pericia,
et singulos quosque opifices operis sui
qualitas ipsos demonstrat actores, sic
episcopum non aliter nisi
episcopalibus operibus designat ut ex bono
opere magis quam professione noscatur
plus meritis esse episcopus quam quod
nomine uocitetur.

Ambrosius ibidem (in suo pastoralis).

Ergo, fratres,
sicut senatorem chlamys ornat, sicut
agricultura rusticum, sicut barbarum
arma, sicut nautam nauigationis pericia,
et singulos quosque opifices operis sui
qualitas ipsos demonstrat actores: sic
episcopum non aliter nisi
episcopalibus operibus designat; ut ex bono
opere magis, quam professione noscatur
plus meritis esse episcopus, quam quod
nomine uocitetur;
quia sicut nihil esse diximus episcopo
excellenti, sic nihil est miserabili, si
de sancta vita episcopus periclitetur, si
sacerdos in crimine teneatur et pontifex
vitiorum maculis polluatur.

Auctor incertus, *De dignitate*
sacerdotali, 3 (PL 17, col.570C-571A).